Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



cum aliis uestimentis. & celebrant
missarum sollemnia. quia legitur
in paralipemenon. quod post col
lationem arce in sanctis sanctorum
egressi sacerdotes de sanctuario.
omnes sanctificati sunt. & tam
leuite quam cantores uestiti bis
sinis. cymbalis. & psalteriis. & cy
tharis concrepabant. stantes ad
orientalem plagam altaris. Et
item. Rex autem & omnis populus
mactabant uictimas coram dno.
Nota quanta distantia dedica
tionum. illic mactabantur mul
ta boum milia. hic agnus tol
lens peccata hominum. Ad hoc
enim illic concrepabat multi
tudo tubarum. hic iubilus de
uoti pectoris. sonat per uoces
hominum. Ad hoc enim festi di
es constituuntur [illegible] ut omnes
pariter [illegible] ueniant. & ex
conspectu [illegible] mutuo & fides
crescat. & leticia maior ori
atur. festiuitates scorum sanxerunt
antiqui patres celebrari. uel
ad exercitandam imitationem.
uel ut meritis eorum consocie
mur. uel orationibus adiuue
mur. ita tamen ut nulli mar
tyrum. sed ipsi dno in memoriis
martyrum altaria constituimus
& oblationes offeramus. De uisi
tatione infirmorum.

Vera multimis ad dnm
conuersio. positorum mente
potius est estimanda. quam tempore
propter hoc dno taliter asse
rente. Cum conuersus ingemu
eris. tunc saluus eris. Cum ergo
dns sit cordis inspector. quo
uis tempore non est deneganda
penitentia postulandi. cum il
le se obliget iudici. cui occul
ta omnia nouerit reuelari.
Gregorius. Satis alienus a fide
est. qui ad agendam peniten
tiam tempora senectutis ex
spectat. metuendum est enim ne
dum sperat misericordiam
incidat in iudicium. Itemque.
Si quis te de peccato forin
seco correxerit. tunc confi
tere interiora. que ille nes
cit. Post istas sacratissimas
difinitiones quando aliquis
xpianus articulum mortis
persenserit imminere pri
mitus renouet confessionem
suam. cum puritate. ac omni
fiducia. deinde distribuat
omnia que possidet. post hoc

130